



Hildebaldus in Hafsia natus & educatus fuit. Eum parētes à teneris annis optimis literis erudiendum tradiderūt. Itaq; cum foelici ingenio esset præditus, breui in uirum doctissimum euasit. Habebat etiam singularem prudentiam cum grauitate coniunctam. Itaq; Otto secundus Imperator eum suum cancellarium elegit, atq; res maximas eius cōsilio peregit. Interea cum Anno frater eius germanus Episcopus pius Vuormatiensis obiisset, ipse ob uirtutes in eius locum Antistes electus fuit, anno 974. In eo loco omnia optimè instituit, atq; adollescentes aliquot in sua aula honestis disciplinis educauit, inter quos etiam S. Heribertus Coloniensis præsul extitit. Cum hoc modo per uiginti ferè annos

Heribertus Coloniensis præsul extitit. Cum hoc modo per uiginti ferè annos